oro. Si aliis novitiis 300 dantur, quid mi ego
ro. impetrem? imprimis cum Senatus Ecclesiasti-
cus (quod mihi obiter jam incidit) superiori anno
judicaverit, pro scriptione mea contra Magi-
rum mihi honorarii vice 12 thaleros merito
numerandos esse: Quod intra verba duntaxat
constitit. Nec pecunia solum, sed et tempo ris
plurimum mihi hactenus perit, quod oecono-
mia et rustica rei dudum fuit, et ego studi-
is impendere maluissem. Auget hoc incommo-
dum [illegible] librorum meorum, quam partim in opid.
repositoriorum, quae nondum sunt facta. Ideo ja-
cent omnes confusi, meo cum dolore et fastidio. Sed
de his satis. Nec enim de tua benevolentia dubitare
fas. Vale igitur, frater, cum uxore et tuis pl. salut.
Dab. Augustae Spirae Nemetum 26. Maij Ao 1573.

T. T.

Quirinus Reuterus.

Clariss. D. Pareo Gallo S. 252

Responsorias meas ad tuas die Thomae superioris anni
ad me datas, frater carissime, quas [illegible] apud Magnif.
et Nobiliss. virum D. Nicolaum à [illegible] accepi,
tibi redditas opinor. Feci his diebus iter ad aliquot
magnos et bonos viros, quibus fortunam meam
retuli, quique operam suam abunde pollicentur. Spe-
ro itaque, Deo bene [illegible] mihi eorum opera et promo-
tione profectum iri. Licet enim vulgus impe-
ritum in orthodoxos saeviat, frenum tamen in-
positum illi video ne quod velit perficere non
possit. Itaque plane decrevi ad proximas Fran-
cofurtenses aut Lipsenses nundinas te tuosque
invisere, nisi interea locum adeptus fue-
ro, ne otiosus vivere et otiis aliquid contagio-
nis contrahere cogar. Fui Pragae apud Magni-
ficum et nobilissimum virum D. Wenceslaum à
Codlik Cancellarium illustrem, necnon apud Recto-
rem scholae illustris Dominum Melchiorem [illegible]

tuum olim in schola Hirspachensi commi-
litonem, quorum collega sua opera indus-
tria me retinere et locum parare studet. Quod
si conatibus et consiliis eventus responderit,
non detrectabo hic vivere communia no-
stro ordini patienter sufferre. Quod si non
succedat victoria, ego tuo utar et fruar con-
silio, argentum meum accipies pro expeditione.
biblia qua bibliothecae patriae dedicaveras
Capitoneque olim Suenfeldianus voluerat trade-
re voluit. Senatus intercessione sua quo
minus id fieret impetravit, eaque in curiam
recepit, ut in tuto essent, donec fortasse
ista tempestas paulisper tranquilla esset.
Datum Wratislaviae in vigilia Matthiae 1593. A. Apri

Tuus Frater

Gabr. Sp.

253) Eidem idem S.

Literas tuas optime frater ipso Thomae die
abs te datas, Stolzii apud Magnif. et nobiliss.
Dnum Nicolaum a Burghaus 11 Februarii
accepi, ex quibus intelligo, te monere, ut
exilium patienter ferendo de alio potius loco
quaerendo sim sollicitus, quam ut manu ad
aratrum posita retrospiciam. Quod quidem
nunquam mihi in mentem venit. Scripsi
praeterea 9. Februarii per D. Menavium eas li-
teras, si acceperis, quid animi mei sit pla-
ne cognosces. Adhaec quod attinet, gratias
tibi habeo, quod monendo, consolando et
hortando me non defatigaris, insuper etiam
operam tuam pollicitus es. Itaque plane de-
crevi, quod alii etiam suadent, ad futuram
aestatem prius ad te exspatiari, quod omnino